



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Sermo indiscretus in peccatum inducere potest proferentem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Immunditia. 335

nostri ingenii viribus metiri, ut priscis astrologis non
deferamus. Dixi autem pure astronomicos, ut nulla
superstitiosa obseruatio sit adiuncta, aut suffumiga-
tionis, aut characterum: quoniam haec constat non per-
tinere ad coelestas influxus, sed ad secretos intellectus,
quorum societas nobis est interdicta.

Sermo indiscretus in peccatum inducere potest proferentem.

Immunditia in sermone morali generale peccatum
est, quod immundus redditur operans illud. Usur-
patur tamen primò specialiter pro peccato inordina-
tæ seminationis humanæ cuiuscunque præternatu-
ralis: ex hoc enim homo maximè immundus fit. Et
sic constat esse peccatum mortale: de quo plures
Apostolus loquitur, docens: immundos excludi à re-
gno Dei. Usurpatur secundò pro peccato inordina-
tæ omissionis superfluorum: ut cibi per vomitum, &
similiter ex gula procedentiū. Et sic ponitur filia gule.
Frequenterque est peccatum veniale: ut pote nec com-
tra Dei nec proximi dilectionem: turpe tamen, ut pote
etiam corporalem immunditiam inferens.

Corporalis indecentia respectu statius potest in peccatum quem inducere.

Immunditia corporalis pro quanto humanā dedet
Icer usum, peccatum est: quia recte distonat rationi.
Est autem in profanis venialis. Sed in sacris si nota-
biliter offendit, peccatum est mortale, pro quanto ad
diuinam irreuerentiam spectat: & tanto magis quan-
to à Canonico etiam iure sub præcepto prohibetur
huiusmodi immunditia, extrà de custod. euchar. cap.,
relinqui. Vbi non solum sacra vasa, corporalia, & ve-
stimenta ministrorum, sed oratoria ipsa præcipiun-
tur munda & nitida (hoc est absque macula) seruari.

Aduertantur